



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XXIIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

Maiorum ac omnium posteritatis memoria arce demo-  
lita, subiecta prædia permisit. Ita pro arbitrio suo omnia  
cœpit in ducatu administrare regina. Senorem Gerbar-  
di filium, adhibitis tribus in familiam, misit in regnum  
educandum, ob sidem habitura, si quid ab Holsatis inten-  
taretur. Interim in Holsatia & ducatu, multa per in-  
multum agebantur, vt potè, quibus legitimus deerat  
princeps. Comes Henricus ferè omnia in Holsatia: domi-  
na autem relicta, cum suorum tutoribus filiorum, in du-  
catu, quantum à regina sinebatur, agebat. Sed illa ad-  
ministrationis diuīsio ruinam minitabatur. Nam Ericus  
Krummedick miles, & Nicolaus Lembeke, magnarum  
in ducatu rerum dominus, quibusdam de rebus disiden-  
tes, metum cōciebant. Vnde factum est, vt publica com-  
moda minus curarentur.

## CAPUT XXIIII.

**H**Enricus per ea tempora dux Brunsvici, cūm bel-  
lum vltra Weseram haberet, congressus Bern-  
hardo nobili viro de Lippia, infeliciterq; pugnans, ab eo  
capitur, & in vinculis per annum habitus, non nisi ma-  
gno ære expromisso potuit relaxari. Centum millia au-  
reorum dicitur se daturum constituisse. Sed tamen post-  
ea sola quindecim millia soluta memorantur per ami-  
cos fideiuſſores. Quo tempore ciues Mindenses in sua ci-  
uitatis concilium tumultuantes, ipsum yrbe eiecerunt,  
vxoribus post eos in curribus per contumeliam misis.  
Egere quod poterant electi: primū manu iniuriam vl-  
cifcentes, & incendis grassantes: Ex primis tumultu-  
tis authoribus, quendam depræbens foris, quidam  
ex proconsulibus sua manu appendit in arbore iugulandum. Inde iure agere connisus, idem ad Robertum  
Romanorum regem contendit: ibi q; ciues euocatos, &

non



non comparentes, banno subiici curauit imperiali. Quo iure vicinos illis principes, qui tuebantur, auertit: inueniōnem rerum prohiberi obtinuit, & fame compulit recipere, quos per iniuriam eiecerunt. Sed Henricus dux memoratus, cūm se in Bernhardum de Lippia vindicare constituisse, armis quanta potuit contractis, in arcem pol duxit: & secretius aggressus, sacra nocte Paschali, cūm nihil hostile formidaretur, per suos consendens cepit. Indē mouens in oppidum Horne, facile expugnauit, muniuit: & indē excurrens, omnem terram solitudini coquauit, igne & ferro consumens omnia. Otto indē Bremensis archiepiscopus, frater ducum, in fata concebens, locum fecit Iohanni Slaemstorp archidiacono Ha-deleria. Interim verò Bremensis diocesis miserè inter manus comitum de Aldenborg laceratur, in prædam exposita. Bremensis diu ciuitas neutralitatē egit: ad imum tamen cūm se partibus immiseret, cepit Mauritium co-mitem de Aldenborg, & abduxit in urbem, diu habitum capitium. Interim crescente pertinacia hæreticorum in Bohemia, præsertim in vrbe Pragensi, cūm non aliud molirentur Bohemi, quām Teutonicorum de vrbe eiectionem, ad omnia dissimulante, & mortaliter soporato rege d'wentz lao, tandem octavo post mille quadringentos, turmatim Teutonici doctores & scholares ad duo millia emigrarunt: & in oppidum Misna Lipsiam sese collocauerē: Quo loco ex illo tempore, annitentibus marchionibus, solenne coepit esse gymnasium usq; hodiè flo-rens. Praga autem suis miserabiliter infecta erroribus, magis atq; magis indiēs effervescebat: quæ malo filiorum suorum principio, cūm in gyrum & vertiginem semel acta esset, quiescere non potuit, quo ad schisma suum ab omni ecclesia efficeret dimembrari. Multa exindē sequu-

sequata sunt incommoda, bella sine fine sequentia: quod suis locis in Andalia commemorabitur. Tantum potest parvis initis cœpta discordia, quæ progressu alita, crescit in maximam.

## C A P V T   X X V.

**E**ricus dux Saxoniae per hæc tempora, cum cerneret tumultuari ciuitatem intus Lubicensem, quod commune, electo concilio vrbis, nouos magistratus creuerit: usus temporum opportunitate, oppidum Molne, quod patres eius eiusdem ciuitatis senatui impignorarunt, occupauit: ecclesiam in castelli morem propugnatione firmauit: Sed tamen ciues eductis bellicis machinis, cum in eñ ducerent, facile coegerunt eñ, relicto oppido, se in tutum recipere: Sic denud cocepit oppidum in potestatem ciuiū. Sed incendiū, quod abiens Ericus concitauit, non facilè potuit restinguiri, quo minus maior oppidi pars conflagraret. Idem ciues cum in armis essent, præsidium Ritzerow deiecerunt, quod inde ducales procurrere arbitrarentur: Simul & hoc reputantes, arcem ab Ottone patre nuper ciuitati permissam, cum incuria sua Bergerdorpe amisisset, iure ad ciuitatem pertinere. Nec longè post in ducatum mouentes, Ratzburgum impugnauerunt. Pauci se ostenderunt, ceteris latentibus ad insidias: Euenit quod suspiciati sunt. Ratzburgenses cum cernerent à paucis se incurvari, eorum paucitate contempta, eruperant, ut configerent, manus illis converentes. Cum de latibulis ceteri prorumperent, retrouersi per pontem in oppidum cesserunt. Sed cum vrgerent hostes, ipsi quod, iniucem premerent, subsidit pons fractus, & multi oppidanorum aquis præfocati perierunt. Otto interea Monasteriensis episcopus, comitibus de Solmis oppositus, eiecit illos de Westphalia: præsidiaque eorū Marte-

occu-

